

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

II. Restituuntur quatuor Cœnobia Provinciæ Argentinen. FF. Min. de  
Observ. Recollect.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO  
1700.

CLEMENS UNDECIMUS.

353 ANNO  
1700.

Philipps Gambardelli Clericus Amalphitanus.  
Thomas Lucarellus Laicus Romanus. Laurentii  
S. Mariæ in Aquiro de Alteris.

Franciscus Antonius Palutius Presbyter Sa-  
binen. Joannes Rapa Laicus Januen. Joannis  
Baptistæ Sancti Cæsarii Spinola S. Cæsarii nun-  
cupati.

Ludovicus Faitout Clericus Lingonen. An-  
tonius Tournier Laicus Lugdunen. Alexander  
Pouchart Laicus Cenomanen. Henrici S. Nicolai  
in Carcere Tulliano de la Grange de Arquyan.

Joannes Cantarensis Laicus Venetus. Albertus  
Maria Falletti Laicus Taurinen. Vincentii S. Eusta-  
chii Grimani Diaconorum Sanctæ Romanæ Eccle-  
sæ Cardinalium.

Frater Magister Paulus Marianus a Sancta  
Flora Ordinis Eremitarum S. Augustini Pro-  
Sacrifa.

Frater Magister Petrus Antonius de Rubeis  
Procurator Generalis Ordinis Servorum Beatae  
Marie Florentinus.

Frater Magister Felicianus Corellus de Fol-  
gineo Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Sub-  
Sacrifa.

Joannes Torrinus Clericus Pisanen. cum præ-  
dicto Fratre Magistro Mariano Pro-Sacrifa.

Henricus Tillou Clivius Presbyter Colonien.  
Diœcesis, cum dicto Secretario Sacri Colle-  
gi.

Ernestus Hermannus Zieglieri Clericus Monas-  
tierien. Diœcesis, cum dicto Secretario Sacri  
Collegii.

Joseph Zaffontius Presbyter Senensis, Canoni-  
cus Insignis Basilicæ Sanctæ Mariae Transtiberim  
Custos Fontis, & Aquarium Conclavis.

Joannes Maria Lancifus Romanus. Jacobus Si-  
nibaldus Romanus Medici Physici.

Marius Cecchinus de Licciana Sarzanen. Diœ-  
cesis Chirurgus.

Jacobus Mansuetus Romanus Aromatarius.

Antonius Berionus a Monte Sancto Firmanæ  
Diœcesis. Antonius Fantonus Arctinus ejus Au-  
xiliatores.

Marcus Antonius Adrianus Romanus. Joannes  
Dominicus Gentilis de Terra Sancti Ange-  
lî Diœcesis Civitatis Ducalis, Barbitonores.  
Joannes Grancus Ferrariensis. Antonius Anti-  
manus de Vignola Mutinensis. Diœcesis eorum  
Auxiliatores.

Dominicus Gianninus Romanus Faber Ligna-  
rius. Joannes Baptista Amatus Urbinate. Diœ-  
cesis Faber Cæmentarius.

Antonius Maria Marino a Sancto Genesio Ca-  
merinen. Diœcesis Famulus Magistrorum Cæ-  
moniarum.

Ambrofius Rosatus. Andreas Bizzani. An-  
dreas Campi. Andreas Montini. Angelus Meri-  
conus. Antonius Bianchi. Antonius Canto-  
nus. Antonius Paoletti. Antonius Sella. Bar-  
tholomaeus Onginus. Carolus Catenacius. Ca-  
rolus Antonius Gratioli. Cæsar Calfieri. Do-  
minicus Giliosus. Dominicus Pedusius. Dona-  
tus Agolfini. Hieronymus Benventi. Joannes  
Antonius Manzolius. Joannes Baptista Barotius.  
Joannes Baptista Branca. Joannes Baptista Gia-  
chettus. Joannes Baptista Soppa. Joannes Fran-  
ciscus Connella. Joannes Mollaris. Joseph  
Campeltri. Joseph Fabri. Joseph Mancinus.  
Laurentius Algerinus. Marcus Antonius Col-  
letta. Matthaeus Mauritus. Matthaeus Pelle-  
grini. Pancratius Sfascia. Paschalis Guardus.  
Paulus Minolius. Sebastianus Ciampus. Ste-  
phanus de Stephano. Thomas Mancinus Scopa-  
tores Conclavis.

Confirmatur Decretum Diffinitorii Gen. Min. de  
Obser. Recollectorum, quo statuitur, ut Pro-  
vincia Colonien. restituat Provincia Argenti-  
nen. quatuor Cœnobia.

Ab Ann. XII. Conf. ed. 1693. Nov. 21. P. 3. con-  
firmata fuit ereblio trium Cœnobiorum in Provincia  
Berica. Et bujus Pontificis Conf. ed. 1702.  
Sept. 15. P. 2. extat unio quorundam Cœnobiorum  
Provincia Castelle.

CLEMENS PAPA XI.

Dir. 22. Dec.  
1700. An. 1.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fra-  
tres Provinciae Argentinensis Ordinis Mi-  
norum S. Francisci de Observantia Recollecto-  
rum nuncupatorum, quod cum ipsi alias occa-  
sione Bellorum, atque hærefum, qua Palatinatum  
Rheni affligerunt, quatuor Conventibus  
ad dictam Provinciam pertinentibus, nempe  
Heydelbergensi, Oppenheimensi, Crucenacensi,  
& Lutrensi a Fratribus Provinciae Coloniensis  
ejusdem Ordinis occupatis privati remanserent;  
pro illorum vero restitutione obtinenda, articu-  
lum restitutionis hujusmodi via Juris in Capitulo  
Generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe nuper  
celebrato cognosci, & decidi curassent, propo-  
sito eodem articulo, discussaque controversia in-  
ter Argentinensem, & Colonensem Provincias  
prædictas circa dictos quatuor Conventus in Dis-  
finitorio Generali Ordinis prædicti die 11. Junii  
proxime præteriti habito, idem Diffinitorium  
Generale, visis, ac examinatis utriusque partis  
Juribus determinavit, & præcepit, ut dicta Pro-  
vincia Colonienensis supradictos Conventus Pro-  
vincie Argentinensi prædicta integre restituaret,  
& alias prout uberior continetur in ipsius Diffi-  
nitoriis Generalis Decreto desuper emanato, ac  
ex illius actis deprompto tenoris, qui sequitur,  
videlicet: Frater Joannes Rondero Sac. Theolo-  
giae Lector Jubilatus, ac Ordinis Generalis Secre-  
tarious, omnibus has visulis, testificor, & fidem  
facio, quod inter acta Congressus Diffinitorii  
Generalis celebrati die 11. Junii, anni hujus 1700.  
habentur sequentia a Reverendissimo P. Ministro  
Generali confirmata, scilicet: Viva controver-  
sia inter Argentinensem, seu Alemaniæ, &  
Colonensem Provincias Recollectorum circa qua-  
tuor Conventus videlicet, Heidelbergensem,  
Oppenheimensem, Crucenacensem, & Lu-  
trensem, visisque, & examinatis utriusque  
Partis Juribus, determinat Diffinitorium Ge-  
nerale, & præcepit, ut Provincia Colonien-  
sis supra relatos Conventus statim cum omnibus  
suis antiquis limitibus, juribus, mobilibus, &  
immobilibus, aliisque appendentibus, & dependen-  
tibus, Patribus præfata Provincia Argenti-  
nensis integre restituant. Datum Roma apud  
S. Mariam de Araceli, sub Diffinitorio Generali  
hac die 11. Junii anni 1700. -- Fr. Joannes Duran  
del Monti Diffinitor Generalis, & Secretarius.  
Quæ quidem acta, prout jacent ex actis supra-  
memorati congressus Diffinitorii Generalis con-  
stant, ad quæ me refero. In quorum fidem præ-  
fens transumptum propria manu subscriptum, ac  
Ordinis minori sigillo communitat dedi in hoc  
S. Francisci Aracelitano Conventu de Urbe die 14.  
mensis Junii anni 1700.

¶ 1. Cum autem sicut eadem expofitio sub-  
jungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmo-  
di quo firmius subsistar, & servetur exactius Apo-  
stolice confirmationis Nostræ patrocinio com-  
muniri summopere desiderent: Nos specialempis-  
sis Exponentibus gratiam facere volentes, &  
eorum singulares perlitas a quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & Interdicti aliisque

Quomodo  
d. Provincia  
amiserit, &  
postea recu-  
peraverit di-  
cta Cœno-  
bia.

Decretum  
præd. die 11.  
Junii edi-  
tum.

Præces Fra-  
trum Provin-  
cia Argen-  
tin.

&amp; 1701.

Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione bo. mem. Alderani dum vixit Episcopi Ostien, ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, qui Ordinis predicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori munere tunc fungebatur, super premissis ipsis Cardinalibus facta, praefertum Diffinitorii Generalis Decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clausulae.

§. 2. Decernentes eisdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, sive plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesorum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si securus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, Indulis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad premissum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariais quicunque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Decembbris MDCC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

III.

Mandatur Continuatio Visitationis Apostolica Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis.

Visitationis Apostolica fuit ab Inn. XII. Conf. ed. 1693, Jan. 11. P. 2. Item Jan. 16. Februario 7. & 11. Et iterum precipitur continuatio Visitationis ab Inn. XIII. Conf. ed. 1721. Maii 28. P. 1.

Dat. 14. Jan.  
1701. An. I.

## C L E M E N S P A P A XI.

*Ad futuram rei memoriam.*Refertur in  
stitutione Vifi-  
tationis Ap.  
ab Inn. XII.  
praecptæ, &  
inchoatz.

Cum fe. re. Innocentius PP. XII. Praedecessor Noster circa Pontificatus sui primordia pastoralem Cleri Romani, omniumque Almae Urbis Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum Visitationem instituerit, eamque ipsemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Ecclesias inchoaverit, ac sibi in eo munere Adjutores nonnullos ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium Collegio elegerit, & afflumperit, eisque quosdam Romanæ Curiae Praelatos, & alios subinde Cardinales adiunxerit, qui Visitationem ipsam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent; Ac Secretarium, Judicem, Cancellarium, & Actua-

Causa hujus  
Constitutio-  
nis.Mandatum  
de conti-  
nuanda Visi-  
tatione Motu  
proprio fa-  
ctum.Item Confi-  
matio, & no-  
va concep-  
tio faciliatum  
Visitationum.

Clausulae.

rium, Commissarium, & Fiscalem, aliosque forsan officiales, & Ministros Sacrae Visitationis hujusmodi deputaverit, variaque eisdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Praetorium Congregationi, necnon officialibus, & Ministeris predictis facultates, præminentias, & Indulta concederit, & impertitus fuerit, & alias, prout in diversis ipsis Innocentii Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberioris continetur: Et sicut accepimus, memorati quidem Cardinales Visitatores una cum Praetatis Coadjutoribus suis Visitationem hujusmodi, tam in eisdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Ecclesiis, ac in multis Monasteriis Regularium, tam virorum quam mulierum, necnon Collegiis, Hospitalibus, Confraternitaribus, & aliis locis piis dicta Urbis postea prosecuti fuerint, salutaribus monitis, & Decretis ubi opus fuit, providerint, Visitatione tamen ipsa in omnibus Ecclesiis, ac locis, & operibus piis predictis nondum sit peracta, sed multa negotia eam concernentia adhuc pendent indecisa. Hinc est, quod Nos pastorali studio considerantes, quanto per visitatio hujusmodi utilis, & necessaria sit non modo ad tollendos abusus, sed etiam ad præcavendum, ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa haec tenet provenerit, & benedicente Domino proventum sit, si visitatio ipsa continuetur, & absolvatur, ac in ea que ad Dei cultum, & gloriam animarumque salutem opportuna, & condicibilia sunt sicut haec tenet factum est, in posterum quoque pie prudenterque statuantur, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, memorata Visitationem continuari, & absolviri, causasque indecisas in Congregatione præfata pendentes, prout æquitatis, atque Justitiae ratio suaserit, terminari, Visitations particularium Ecclesiarum, ac locorum, & operum piorum jam inchoatas, absolviri, necnon Ecclesiis, & loca, & opera pia nondum visitari, ceteraque omnia, & singula visitationem hujusmodi quomodolibet concernentia fieri, geri, statui, & ordinari, ac executioni demandari debere, tenore praesentium decernimus, & mandamus, ac omnes, & singulas facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & Indulta quicunque predictis Cardinalibus, & Praetatis eorumque Congregationi, necnon omnibus, & singulis Officialibus, & Ministeris supradictis a memorato Innocentio Praedecessore per suas literas predictas quovis modo respective concessa, & attributa per obitum ejusdem Innocentii Praedecessoris minime cessasse, nec cessare, sed in suis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & singulis predictis respectively adhuc competere, & suffragari debere, decernimus pariter, & declaramus; Et quatenus opus sit facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & Indulta hujusmodi eisdem Cardinalibus, & Praetatis, eorumque Congregationi, ac Officialibus, & Ministeris predictis in omnibus, & per omnia, prout eis respective a dicto Innocentio Praedecessore concessa, & attributa fuerunt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus de uno concedimus, tribuimus, & impartimus.

§. 1. Decernentes eisdem praesentes Literas & in eis contenta quicunque, etiam ex eo, quod quicunque in premissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætententes, cuiuscumque status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias specificatae, & individua mentione, & expressione digni-

illis